



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 49. De Oratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum II.
A. C. 197.

§. XLIX.

Tractatus de Oratione.

de Orat. c.
II. & 12.

In libro de Oratione quasdam superstitiosas observationes reprehendit, quæ inter Fideles absque ullo Domini nostri, vel Apostolorum præcepto introducebantur ad rituum Paganorum imitationem, quæ sola similitudo, inquit: ad eas rejiciendas debet sufficere. Erant, qui ad orationem se conferre non audebant, prius quam totum corpus abluissent, vel saltem manus, in religiosam illius memoriam, quod Pilatus, cum Dominum nostrum Judæis traderet, fecerat. Alii post orationem, quasi ita oporteret, sedebant. Alii ex composito voce elatiores loquebantur. Mos erat post orationem communem, & publicam osculum pacis dare, exceptis diebus jejunii solemnibus, sicut in nocte Paschali; aliqui etiam hoc osculo abstinebant, cum privatim jejunarent; hunc usum damnat Tertullianus, sicut etiam illorum, qui orationibus ad Sacrificium spectantibus diebus stationum abstinebant, quod dicerent, post sumptionem Corporis Domini nostri frangi jejunium; haud dubie per Agapen seu convivium post Sacrificium haberi solitum.

§. L.